



DE REGULARIBUS

Idem Innocentius III. Abbati Assigen. & Magistro R. & G. Canonicos Trajecten.

CAPUT XX.

Consulti sumus frequenter à multis, utrum is, qui Monasterium ingressus est, habitum sumendo novitii, si ante professionem emissam infra tempus probationis exire voluerit, licetè possit absque apostaliæ nota vel noxa, præsertim cum debita morum correctione ad sæculum remeare. Licet autem super hoc senserint diversi diversa, nos tamen credimus distinguendum, utrum is qui convertitur, propositum absolute vitam mutare, ut sub habitu regulari omnipotenti Deo de cætero famuletur, an conditionaliter experiri observantiam regularem, ut ita demum si (infra annum) sibi placuerit, profiteatur ordinis disciplinam, aut si fortè non placuerit, moribus emendatus ad statum pristinum revertatur. In primo casu debet, et regulariter vivat, ad laxiorem saltem regulam pertransire. In secundo potest ad sæculum, non tamen ut vivat sæculariter, remeare. Ut ergo quæ sit ejus intentio plenius agnoscat, propositum suum in principio protefletur.

SUMMARIUM.

- 1 Qui ad Monasterium convertitur habitum sumendo novitii, potest infra annum ad sæculum redire, nisi appareat eum voluisse vitam mutare omnino.
- 2 Habitus religionis triplex.
- 3 Apostata à religione est infamis.
- 4 Verbum, Credo, à legiflatore prolatum non importat opinionem, sed veritatem.
- 5 Imperfecta duo quandoque faciunt unum perfectum.
- 6 Obligatio ad religionem in genere quibus modis inducatur, & n. 44. & 50.
- 7 Obligatio ad religionem in genere per susceptionem habitus novitiorum cum proposito mutandi vitam potest ad laxiorem ordinem pertransire, & n. 39.
- 8 Novitius ad sæculum rediens non debet vivere seculariter, sed absolute.
- 9 Patet tamen vestes seculares deferre, & uxorem ducere.
- 10 Si tamen vestes cum quibus intravit, essent nimis iacivæ honestam esset ut illas deponeret.
- 11 Protestatio declarat animum protestantis in facto multipliciter intelligibili.
- 12 Protestatio non proficit nisi sit contemporanea actus gesti.
- 13 Propositum absolute vitam mutandi cum susceptione habitus probationis, an tacitum professionem inducat impediens Matrimonium contrahendum & dirimens post contractum, & n. 34. usque ad n. 44.
- 14 Referantur auctoritates, & fundamenta pro prima opinione.
- 15 Intellectus c. Literarum. de voto. & n. 20.
- 16 Votum necessarium requirit deliberationem, propositum, & professionem, & n. seq.
- 17 Votum tamen sufficitur implicita, & præsumpta, n. 18.
- 18 Votum quid sit.
- 19 Propositum mutandi vitam quale esse debeat ut obligationem inducat.
- 20 Referantur Auctores, & fundamenta pro secunda opinione.
- 21 Propositum mutandi vitam cum susceptione habitus novitias esse votum simplex quibus argumentis probetur.
- 22 Propositum in jure multoties accipitur pro voto solemnitate, quibus fundamentis ostendatur non esse votum solenne.
- 23 Intellectus c. Scavimus, de regul. & c. non solum eod. tit. lib. 6. ibid. & n. 22. 31. & 52.
- 24 Habitus probationis assumens in dubio non præsumitur Fagnan. in III. Lib. Decretal.
- 25 Velle profiteri, sed tantum probare austeritatem religionis.
- 26 Votum quando dicitur solenne ad effectum dirimens Matrimonium post contractum.
- 27 Referuntur Auctores pro tertia opinione Canonistarum.
- 28 Professio tacita obligans ad religionem in genere dirimit Matrimonium tam prius contractum, & non consummatum, quam post contractum & consummatum. & n. seq.
- 29 Proponere absolute vitam mutare quid sit.
- 30 Bona professi in genere generalissimo sunt religioni in genere arbitrio Episcopi distribuenda.
- 31 Propositum mutandi vitam absolute cum susceptione habitus probationis esse votum solenne quibus fundamentis probetur.
- 32 Intellectus hujus c. ibidem, & n. seqq.
- 33 Ecclesia non potest justè obligare quemquam invitum ad religionem in genere.
- 34 Dicitur, saltem, est subsidiaria.
- 35 Intellectus c. Beneficium de regul. lib. 6.
- 36 Beneficium Novitii vocat per propositum mutandi vitam absolute, ibid.
- 37 Intellectus c. Gonaldus 17. q. 2.
- 38 Beneficium non vocat per votum Religionis nisi illud sit solenne ibid.
- 39 Obligatio ad religionem in genere per susceptionem habitus professionum non oritur ex voto simplici, sed ex tacita professione.
- 40 Habitus professionum extra Monasterium assumptus tacitam professionem non inducit.
- 41 Fallit si præc. fuerit votum continentia.
- 42 Votum simplex alicujus ex substantialibus Monachatus solemnizatur per susceptionem habitus probationis.
- 43 Propositum mutandi vitam absolute non præsumitur nisi competentibus indicis ostendatur, & qua sint hujusmodi indicia.
- 44 Testamentum an inducat sufficientem probationem propositi mutandi vitam.
- 45 Propositum mutandi vitam an post Concilium Tridentinum solemnizetur per susceptionem habitus probationis, & n. seq. & n. 55.
- 46 Novitius ex voto religionem ingressus profiteri non potest ante annum decimum sextum completum, nec infra annum probationis, ibidem.
- 47 Novitius, qui per annum gestavit habitum probationis, & postea propositum absolute vitam mutare, an censetur tacite professus.

Prosperi Fagnani in tertium Librum Decretal.

372 tio ex canone, vel officium judicis. Idem firmat Hostiensis hic nam. 9. vers. Tu dicas contrarium & movetur tum per dicitur cap. Mandamus; tum per text. nostrum à contractio sensu ibi, licentiam postulat, nec non ibi, quia sicut subditur. Idemque putat verus Joan. Andr. n. 21. vers. Quod pato verius per ver. Quoscirca & subdit se ita vidisse pronuntiant, sequitur Roman. conf. 341. circa primum, num. 2. vers. Tertio vero, dicens posse hoc casu Abbatem suum, quod iusta causa, motus transivit ad arctiorem religionem non petita licentia. Subdens hoc tenere communiter ferè omnes Doctores in hoc cap. Sed & Abb. hic num. 10. dicit hoc tenere communiter moderniores & in d. conf. 95. nu. 2. vers. Licet etiam gloss. ubi reproband gloss. & Gostredum hic dicit Joan. Andr. & communiter omnes Doctores; & latè

57 Botrium tenere quod indistinctè quomodocumque religiosus transeat ad strictiorem religionem non petita licentia etiam non ex animi levitate, teneatur redire ad primam, cum non valuerit aliquo modo transitus ex quibus patet ab hac opinione recedendum non esse, tum quia eam sequuntur Doctores ferè omnes; tum quia servatur in practica & est etiam de jure verior: nam recedens à sua religione non petita licentia Superioris contemnit bonum obedientiæ, & ideo non præsumitur, motus allatur Spiritus Sancti, sed potius ex animi levitate, secundum Hostiensensem numero decimo quinto in verbo, Bonum obedientiæ Henricum Boich. num. octavo & Abbatem numero decimo, Lapis allegat. 130. aliis

58 135. n. 2. merito est revocandus. Nec obstat si dicatur, ad quod valet iste rigor, cum restitutus ad primam, itatim post licentiam petere, & redire ad secundam; Nam ut respondet Joan. Andr. hic n. 21. vers. Et sic dicit, satis est, quod satisfiat juri requirenti, ut licentiam petat; & allegat simile in cap. Ad petitionem, de accusacione, & in Clem. Quia regularis de supplet. neglig. Prælat. Item inducit simile, nam videmus inordinatam de eodem & super eodem, ut c. Super eo, & c. Innotuit in fin. de elect. c. final. de re-nunc. & c. Examinata de judic. Faciunt notata in cap. Cum quid de reg. jur. lib. 6. Præterea potest reverti ad primam hic manere mutato proposito, c. Ex parte de temp. ordinar. & c. Intelleximus de stat. & qualitat. Facit secundum eum, quod ipse notat in c. Tria super gloss. prima de sponsalib. & cum prædictis jungit quæ in hac ipsa questione dixi in c. Non est vobis à n. 29. usque in fin. supra eod.

59 Ad motum Petri & Abbatis Antiqui, quod licentia peti debeat de honestate tantum, & quod non sit in usu eam petere. Respondet Joan. Andr. hic n. 5. hoc esse fallum, & se vidisse contrarium servari, & ver. Debet, hic positum ex propria significatione necessitatem importat, ut notat gloss. in l.

Sapè in verb. Necessitatem ff. de offic. Presb. Felin. in c. Nam concupiscentiam n. 6. & hic etiam Alex. de Navo n. 25. de Constitut.

Sed apud quem morabitur Monachus hac lite pendente, qui dicit se transisse ad Ordinem arctiorem & licentiam injustè denegatam, Abbate in contrarium afferente, Respondet Host. hic n. 16. circa medium, vers. Sed apud quem; quod est innocenti videatur hic notasse contrarium, tamen Monachus morari debet apud Monasterium ad quod transivit, tum quia reus est. tum quia ipsum Monasterium quasi possessionem ipsius habet, arg. leg. final. cod. de rei vindic. lege Lite ordinat; cod. de liberal. caus. & lege ordinatà lite, ff. eod. & ejus quod legitur & notatur in c. ex litteris supra de prob. & cum opinione Host. concordant Abbas hic n. 5. & communiter Doctores.

Ultimò quæro pro complemento materiæ, an dispositio hujus Decretalis vendicat sibi locum in Monialibus; adeo ut liceat eis de uno Monasterio transire ad aliud strictioris observantia, licentia Superioris petita, licet non obtenta, Jure communi inspecto absolutum est id licere, ut c. Virgines 20. q. 4. ubi sic legitur: Virgines Sacra si pro lucro animæ sua propter strictiorem vitam ad aliud Monasterium pergere distulerint ibique commanere decreverint, Sinodus concedit. Refertur à Divo Thoma in 2. 2. quaestione 189. articulo octavo, vers. Sed contra est & ad hoc sufficere licentiam petitam sentit ibi gloss. 1. dum allegat hoc capitulum Archid. Bellam. & Turrecr. licet Hugo aliter intelligat illud c. Virgines, ut ibi per Turrecr. in princ. nec hujusmodi facultas sublata fuit ex perpetua clausura, quam Monialibus indixit Bonifac. VIII. in c. Periculis de stat. regul. lib. 6. & consequenter, nec à Concilio Tridentino Constitutionem Bonifacii innovante in cap. 5. sess. 25. de Regular. ut illic notat gloss. in verb. Perpetua, dicens illam Decretalem non tollere quin Moniales possint si velint ad strictiorem religionem humilitatis & puritatis causa transire cum petita licentia, ut hic. Item una Monialis ad regimen alterius Monasterii posse assumi, cap. Nullus de elect. lib. 6. semper enim erunt in clausura. Et cum gloss. concordant ibi Archidiacon. n. 2. in ver. Perpetua & Gem. n. 11. Abb. in cap. fin. n. 7. de stat. Monach. Silveit. in ver. Religio 4. q. 16. dist. 2.

Verum hodie quidquid contra scripserit Thom. Sanchez & alii ab eo citati super Decalogo tom. 2. lib. 9. cap. 7. num. 5. & 6. tenendum est hanc facultatem fuisse Monialibus adeptam ex motu proprio Pii V. incipient. Decori, super clausula Monialium ut scripti in c. Revoletis numer. 48. & 49. infra de stat. Monach. ubi etiam latissime examinavi an tota religio vel domus religiosa possit se ad arctiorem religionem transferre à n. 10. usque ad n. 54.



Secunda autem assertio, id est hoc propositum cum susceptione habitus probationis non esse votum solemnæ religionis, probatur primò in d. cap. Statuimus infra eod. & in c. Non solum eodem titulo lib. 6. ubi professio tacita & expressa & propositum absolute vitam mutandi tanquam diversa accipiuntur, ut patet ex illis verbis; Nisi professus sit tacite vel expresse, aut evidenter consuet illum vitam voluisse mutare; ponderando dictionem alterativam, aut, quæ proponitur inter diversa, l. Hac verba, ille aut ille, ff. de tutor. heres. cum similib. Ergo hujusmodi propositum nec est professio tacita nec expressa, sed quid tertium, quo arg. in effectum videtur Alb. hic n. 3. vers. Hinc nota textum de Silvest. in verb. Religio 3. q. 19. vers. Quarto inducitur. Respondenti tamen potest in d. c. Statuimus, arg. de professione expressa & de duabus speciebus professionis tacite; una scilicet, quæ inducitur per susceptionem habitus professorum, alia verò, quæ inducitur ex proposito mutandi vitam absolute. Unde non sequitur ut hoc propositum non sit professio. In prædicta verò Decretali non solum, arguit de professione expressa, item de professione tacita in genere; & de una specie professionis tacite, quæ scilicet inducitur ex hujusmodi proposito mutandi vitam. Propterea autem hæc species contra distinguitur à tacita professione in genere quia illa regulariter obligat præcise illi religioni, cujus habitus est susceptus, cap. 1. ibi. Religionem assumptam præsumitur veraciter esse professus, infra eodem lib. 6. & Clem. Eos, ibi Religionem illam decernimus esse professos, & ibi gloss. in verb. Illam eod. tit. Hac verò non obligat nisi religioni in genere ut hic patet. Non ergo sequitur ut hoc propositum non sit professio tacita; sed tantum sequitur ut non sit ex illis speciebus tacite professionis, quæ obligant religioni in specie.

Probatur secundò in cap. Ex transmissa supra de renunc. ubi, ut inquit Silvester in verbo Religio 5. quest. 8. vers. Quarta, clarè patet, quòd votum intrandi religionem, & propositum perseverandi simul non faciunt religionem per habi- tum susceptionem, nec aliquam inducunt professionem. Verùm Silvester videtur falli in intellectu illius Decretalis, nam ut observant hic Innocent. n. 3. Host. n. 9. vers. In prædicta Joan. Andr. n. 4. in fin. vers. Et in Decretali & Butr. n. 7. ibi nullum propositum certum habuit, sed tantum probationis habitum petit nullo voto præcedente ut illi etiam notatur.

Probatur tertio, quia professio Regularis sine animo & voluntate proficendi non inducitur, cap. Praesens Clericus 20. q. 3. & cap. supra eod. cum multis similibus. At propositum absolute vitam mutare & suscipiens habitum probationis neque non intendit proficere sed magis experiri religionis austeritatem; nam si vellet proficere allumeret habitum professionis, non probationis, cap. Super eo, cum ibi notatis supra eod. & notat hic glossa. Ultima vers. Sed contra, ubi reprobat opinionem Joannis, (Ex quo inquit, assumit habitum novitii, nec facit professionem, nec renuntiat seculo expressè non intendit se obligare simpliciter, sed potius conditionaliter experiri observantiam regularem.) At respondetur hoc argumentum & glossa autoritatem procedere cum quis ingreditur simpliciter religionem nec apparet quòd propositur vitam mutare absolute; talis enim suscipiendo habitum novitii non præsumitur velle proficere ut dicit glossa notha & glossa penult. in c. Statuimus infra eod. propositum enim mutandi vitam non præsumitur nisi clara probatione & competentibus iudiciis ostendatur ut dicitur in d. c. Non solum, infra eod. lib. 6. Præsentem autem questio proponitur de illo quem evidenter constat vitam mutare voluisse, qui recipiendo postea habitum præsumitur velle votum suum solemnizare ut probatur in argumentis pro tertia opinione.

Probatur quarto secundum Cardinalem, quia votum non solemnizatur ad effectum dirimendi Matrimonium post contractum, nisi per susceptionem fieri Ordinis vel per professionem expressam vel tacitam factam alicui de religionibus per Sedem Apostolicam approbationis ut definitur in c. un. de voto lib. 6. Hic autem nec Ordinem sacrum suscipit, ut supponimus; nec proficitur expresse vel tacite in aliqua religione, sed tantum obligatur religioni in genere, ut hic patet. Ergo illius votum non est solemnè ita ut dirimat post contractum.

At respondetur negando minorem, nam qui propositum absolute vitam mutare, suscipiendo postea habitum certæ religionis, quantum in se est tacite proficitur in illa, quòd autem eidem religioni non obligatur in specie, non provenit ex se, sed ex canone, qui indugit sic proficend, ut possit ad laxiorem saltem pertranire ut hic statuitur. Adde quòd illa verba d. c. un. alicui de religionibus approbatis verificatur etiam in illo qui obligatur religioni in genere, ut clarè probatur in c. Constitutionem de regul. lib. 6. in illis verbis, Tacite verò facta generaliter religioni alicui recipientem obligat, ponderando quòd text. videtur illa dictione, alicui, quæ etiam videtur prædicta Decretalis unica. Et est

ratio quia quoad substantialia regula, de quibus in cap. Cum ad Monasterium infra de stat. Monach. paria sunt præterea, hæc vel illam religionem vel religionem omnes in genere, cum in substantialibus non differant sed una sit religio, ut tradunt Fedenc. de Sen. conf. 5. Quidam Monachus sub n. 2. vers. Præterea iussit, Caid. conf. 39. aliis 6. de Regular. in princ. vers. Aut professo illius, Lap. allegat. 130. incipit. Pro dubiis num. 4. p. 2. p. Anch. conf. 321. Præmittenda sunt.

Probatur ultimo, quia professio nec expresse nec tacite fieri potest nisi recipitur ab eo, cujus est religioni incorporare, cum sit contractus reciprocos, qui non potest consistere ex parte unius tantum, l. In omnibus, la secunda, ff. de arb. & obseq. & probatur in cap. Porreclum, & ibi dicit in ult. notab. & in c. Ad Apostolicam, infra eodem, & docet S. Thomas in 4. distict. 38. quest. 1. art. 2. q. 3. ubi ait, Non esse votum solemnè ad dirimendum, nisi quando aliquid se dat propter alteri Deo, divinis se servitibus mancipando quòd quidem fit per Ordinem sacri susceptionem vel per professionem certæ regulae debito modo facta scilicet in manu ejus qui debet recipere & alius circumstantiis servatis, quæ per jura determinantur; alius enim non est votum solemnè quantumcumque quis proficitur quia in tali professione non fieret sub potestate eorum, qui religioni præstant, hæc sanct. Thom. quem in proposito refert & sequitur Taberna in ver. Votum primo, in 3. notab. vers. Idem tenet S. Thom. In verò, qui suscipit habitum probationis cum proposito absolute vitam mutandi, nulli certo Ordini à Superioribus aggregatur, sed solum remanet obligatus religioni in genere, ut hic patet. Ergo deficiente religionis consensu, illius votum non est solemnè; quo præcipuo fundamento Abbas hic num. 3. tenet contra communem sententiam Canonistarum.

Ceterum facilis est responsio; nam major propositio qua dictum est professionem non valere sine consensu recipientis, declaratur ut procedat in professione, que fit alicui religioni in specie, non autem in illa que fit religioni in genere, in qua recipientis consensus nec est necessarius, nec possibilis, ut secundum communem opinionem & veram patet in questione sequenti n. 55.

Tertia igitur opinio est Canonistarum, qui ferè omnium consensu censent hoc propositum mutandi vitam absolute, solemnizari per assumptionem habitus novitii, adeò ut inducat professionem tacitam, non quidem obligantem alicui certo Ordini, sed religioni in genere & non tantum post contractum ita Goffred. in summa de Regal. num. 12. Henrich. Boich. in cap. Statuimus num. 9. infra eod. lib. 6. docet Innocent. in princ. in verb. Proposerit, ait enim: (Si d. propositum mutandi vitam legitime constituit, videlicet vel per confessionem quam nunc facit vel per protestationem, quam fecit in ingressu huius habitus solemniter suscepti dirimit Matrimonium jam contractum subaudi non consummatum ut mox patebit; hæc enim protestatio, five intentio cum susceptione habitus probationis habetur pro tacita professione & est hic argumentum quòd habitus probationis solemnizatur propositum.) Hactenus ille & consensit Abb. Antiq. n. 4. (Quid enim inquit, si quis velit absolute vitam mutare & intravit religionem, postea exivit & contraxit, nunquid tenet Matrimonium?) Dicit Goffred. quòd non, quia licet habitus non obligaverit ad certum locum tamen obligavit eum in genere. Idem plenus firmat Host. num. 3. Qui primo exponit verbum, absolute, id est non intendens retrodúcere, sed omnino mandum fugere & in religione perseverare se mox lubdit; (Ex quo cum tali proposito intrat & habitum suscipit, omnino religioni obligatur; & consilio de hoc proposito, habitus solemniter susceptus dirimit Matrimonium jam contractum & non consummatum.) cap. Ex publico, & cap. Ex parte, il. secunda infra de convers. conjugat. Multò fortius post contractum, cap. Meminimus infra Qui cleric. vel voverit, quia talis intentio cum susceptione habitus pro tacita professione habetur, c. Statuimus infra eod. & arg. c. 3. §. 1. de voto ubi de hoc, & infra n. 12. Quærit quid si novitius qui voluit absolute vitam mutare postea Matrimonium contraxerit an valeat & religio non valere. Quia inq. it. etiam habitus non solemnizatur votum quoad regulam assumptam, solemnizatur tamen quantum ad Monachatum, five religionem in genere in quam consensit cum habitum assumpsit, intendens absolute vitam mutare. Idipsum tenet Joan. Andr. num. 7. in gloss. (Nunquid dicens, qui voluit absolute vitam mutare sic contrahat, non tenet Matrimonium, quia religiosus est, licet non præcise illius religionis. Unde dicitur Vincent. Innoc. & Hostien. quòd si ille qui ingreditur habeat sponsam non cognitam, illa statim poterat cum alio contrahere; & hoc facti probatur in cap. Beneficium infra eod. lib. 6.) Hec Joan. Andr. & sequuntur Collectar. in princ. Butr. n. 6. Anchar. n. 7. Joan. de Anania, n. 6. Quin imò cum hac opinione transire omnes ferè sentientes præter Cardinalem testatur Abb. n. 3. vers.

vers. Et cum hac opinione. De communi etiam Canonistarum testatur S. Antoninus in 3. par. tit. 16. c. 2. §. 4. vers. Communiter tamen, & passim Moderni. Eidem sententiæ adscribendi sunt Autores, qui tenent bona professorum in genere generalissimo esse religionis in genere & arbitrio Episcopi fore distribuenda; quod censuit Gaspar. de Caltar. conf. 23. incipit. Quidam fecit professionem hoc tit. quem referunt & sequuntur in cap. In præsentia de probat. Butr. & Abb. omb. num. 64. & scripsi plenus in cap. Quia ingreditur num. 19. & seqq. supra de test. Hi enim abique dubio sentiunt illorum votum esse solemnè, nam per votum simplex bona non acquiruntur religioni, sed per professionem duntaxat ut c. Quia ingreditur, c. Perlatum & c. Si qua mulier 19. q. 3. cum similib.

Pro hac tertia opinione allegatur primò textus apertus hic ubi Pontifex consultus an novitius infra annum possit redire ad seculum, distinguit an proficiatur absolute vitam mutare an conditionaliter experiri observantiam regularem. Et in primo casu determinat eum debere ad laxiorem saltem religionem pertranfire ut regulariter vivat. Inquiri unde oriatur hæc obligatio migrandi ad laxiorem, ibique regulariter vivendi. Et certè non ex nudo Ecclesie præcepto, quia non potest iuste præcipere tam altera, nec quemquam perpetuo inivium religioni mancipare, cum contentia res sit magis voti quam præcepti quæ suaderi potest, non imperari, dicit textus in cap. Integritas 2. q. 1. c. de his 28. dist. & ibi Turrecerri n. 7. Navar. conf. 39. n. 2. de Regular. consensum enim est de ratione intrinseca Monachatus cap. Praesens Clericus 20. quest. 3. & cap. 1. supra eod. cum concordant. quas ibi dedit n. 20. & 24. Rursus hæc obligatio non oritur ex voto simplici, quia votens proficere in certa religione tenetur ibi & non alicui esse professus ut ex textu in c. Per tuas, infra de voto; quòd si hic non recipitur, solutus est voto; nec tenetur aut cogi potest intrare laxiorem, ut docet Sanctus Thomas in 2. 2. q. 9. ult. art. 3. ad 2. quem refert & sequitur Archid. in c. Semus n. 2. 12. q. 1. & Silvester in verbo Religio 22. n. 16. & scripsi plenè in c. Porreclum n. 51. & seqq. supra eodem. Restat igitur ut obligatio hujusmodi proveniat ex voto solemnè, quod ex Indulgentia Ecclesie in hoc speciali casu non obligat huic religioni in specie in qua suscipitur habitus cum proposito vitam mutandi, sed religioni in genere, ut hic patet. Et hoc innuit hæc dicitio saltem que habetur in textu: quali dicat, qui propositum absolute vitam mutare & habitum certæ religionis suscipit, de rigore Juris tenetur hic perpetuo remanere & regulariter vivere; sed nihilominus ex benignitate permittitur ei, ut saltem possit ad laxiorem regulam pertranfire. Et est simile in c. Super eo, supra eodem & in c. Constitutionem eod. titulo lib. 6. Conferunt quæ de prædicta dictione saltem, scripsit Bald. dicens hæc esse substantivam in conf. 69. Factum tale est, quidam n. 2. vers. Nam dicitur saltem lib. 2. & Gemin. conf. 37. Dubitatur n. 5. vers. Secundò probatur sic.

Non obstat quòd hoc caput fuerit correctum per caput Statuimus infra eodem, ut dicit glossa hic in verbo Distinctionem; quoniam dictum glossæ communiter reprehenditur à Doctores; nam in prædicta Decretali Statuimus, idem per omnia decidunt quòd in hoc capite, ut in specie advertunt Butr. n. 8. & Abbas n. 4. vers. in glossa tertia; & mox patebit.

Secundò igitur pro hac opinione adducitur textus itidem clarus in d. c. Statuimus infra eodem, ubi deciditur novitius posse infra annum probationis redire ad seculum; nisi in tribus casibus. Primus est post susceptum religionis habitum qui dari profitentibus consuevit. Secundus est post professionem emissam, scilicet verbis solemnibus & in scriptis factam; & hic explicat Host. n. 3. in fine in verbo Professionem. Tertius est post susceptum habitum probationis cum proposito vitam mutandi absolute. Sed in primis duobus casibus votum est solemnè, ut de professione expressa est planum & de susceptione habitus professionis patet in c. Constitutionem, vers. Tacite verò emissis infra eod. lib. 6. ergo & in tertio arguendo à connexis & equiparatis ad c. Translato, supra de Confis. & c. Inter corporalia de translat. Episc.

Tertio pro hac parte adducitur textus in c. non solum infra eodem lib. 6. ubi similiter equiparatur hæc tria, videlicet professio tacita, professio expressa & propositum absolute vitam mutandi, & ponuntur omnia sub unica determinatione & verborum structura, Nisi major tamen quatuordecim annis existens professus sit tacite vel expresse; aut evidenter consuet hunc voluisse vitam mutare. Una autem determinatio respiciens plura determinabilia debet omnia equaliter determinare, lege fin. eod. de sent. lege jam hoc iure, §. Sed si aliter; & hic Butr. n. 1. ff. de vulgar. & pupillar. facti c. majores supra de baptisim. hic ne ad alios prima & ad alios secunda clausula referatur. Nec satisfacit responsio Abbatis hic n. 3. y. Non obstat quòd in d. c. Non solum quòd equiparatio fiat tantum quoad hoc ut neuter possit redire ad seculum; imò eum equiparatio sit non respectu effectus, scilicet; sed respectu finis in III. Lib. Decretal.

obligationis remanendi in religione; sed etiam respectu causa, quia nimirum hoc propositum cum susceptione habitus est votum solemnè & obligat ad remanendum in religione sicut professio tacita vel expressa, ut clarissè patet ex tribus fundamentis immediate sequentibus.

Quartò allegatur pro hac opinione textus irrefragabilis in c. Beneficium de Regular. lib. 6. ubi beneficium existentis infra annum probationis in tribus casibus potest & debet alteri conferri. Unus est si constet quòd vitam voluerit absolute mutare. Alius est, si professionem expressam fecerit. Tertius est, si scietur habitum receperit professorum, qui textus dupliciter inducitur, & primò sic, prædicti tres casus equiparantur quoad inducendam vacationem beneficii, imò primò loco recensetur propositum absolute vitam mutandi; & professio expressa ponitur media inter propositum mutandi vitam & receptionem habitus professorum; sed in duobus ultimis casibus votum est solemnè, ut probatur est supra in secundo fundamento pro hac sententia n. 32. ergo & in primo casu, alioquin si hoc propositum esset votum simplex, incongrue textus posuisset illud primo loco ante professionem expressam & professionem tacitam quæ inducitur per susceptionem habitus professionis, arg. c. 1. supra de major. & obed. cum similibus. Deinde inducitur sic, beneficium non vacat per votum simplex religionis; sed per votum solemnè duntaxat textus est secundum unum intellectum in c. Gonfaldus 17. q. 2. ubi Gonfaldus Presbiter agrotus Monachus se fieri promissit & sic fecit votum simplex religionis, non tamen Monasterio aut Ecclesie se tradidit; & sic professionem non emittit, sed beneficium renunciavit; postea convalescit & Ecclesiam suam reperit; & textus decidit ut debere beneficium sic dimissum recuperare. Ergo beneficium novitii etiam dimissum non vacat per votum simplex religionis, concordat textus secundum unam lectionem in c. ex transmissa cum hic notatis supra de renunc. Sed per propositum mutandi vitam absolute vacat beneficium novitii, ut patet in d. c. Beneficium; si enim non vacaret, non posset alteri conferri, ut d. c. ex transmissa. Ergo hujusmodi propositum non est votum simplex religionis, sed votum solemnè. Quibus ponderationibus evertitur responsio Silvestri alterentis ex propositum mutandi vitam oriri obligationem quamdam ad religionem in genere, per quam inducitur vacatio beneficii. Quoniam hæc vacatio non induceretur si hoc propositum cum susceptione habitus non esset professio. Obligatio enim ad religionem in genere, si proveniret ex simplici voto non esset majoris efficacia ad inducendam vacationem beneficii, quam fit obligatio ad Religionem in specie qua oritur ex voto simplici proficendi certam religionem quæ beneficii vacationem non inducit, ut proxime probatum est.

Quintò hæc sententia probatur à simili; nam obligatio ad religionem in genere quæ de jure oritur ex susceptione habitus professorum infra annum probationis in religionibus cum Mendicantium quam non Mendicantium, non provenit ex voto simplici; sed ex tacita professione, ut est textus notandus in c. Constitutionem infra eodem lib. 6. in his verbis: Tacite verò facta infra probationis annum per susceptionem habitus qui profitentibus tantum datur & non huic specialiter cujus habitus est susceptus; sed generaliter religioni alicui recipientem obligat. Ergo similiter & obligatio ad religionem in genere quæ oritur ex proposito mutandi vitam absolute cum susceptione habitus novitii certæ religionis juxta textum hic, non provenit ex simplici voto; sed ex tacita professione. Quòd si contradicatur aut assigna si potes inter hos duos casus sufficientem rationem diversitatis aut in sententiam nostram descendere, arg. c. 2. de translat. Episc. & c. Tua de conjug. & affin.

Sextò adducitur pro hac parte alia similitudo. Habitus professorum extra Monasterium assumptus tacitam professionem non inducit, c. ut Clerici supra eodem, glossa in clem. Eos in verbo In aliqua de Regular. Abb. in c. Porreclum n. 8. supra eodem. Et tamen si præcedat votum simplex continentie, votum solemnizatur per assumptionem prædicti habitus, etiam extra Monasterium, textus est in c. ex parte, il primo de convers. conjug. & in c. Infructuante; & hic dicit n. 15. & 17. infra qui Cler. vel voverit. Innoc. Abb. Antic. & alii n. seq. allegandi. Ergo pari ratione quamvis habitus probationis in Monasterio receptus non inducat professionem tacitam, c. ad Apostolicam supra eodem cum suis concordant. tamen secus dicendum est si præcedat votum simplex religionis seu propositum absolute vitam mutandi, ut hic 2. nam duo imperfecta in hac materia faciunt unum perfectum, ut dixi supra in 4. not. & plenius in c. Vidua an. 33. supra eod.

Ultimò probatur hæc sententia secundum Innoc. Host. & Abb. Antic. hic quibus ceteri consentiunt; nam si quis emittat votum simplex continentie vel abdications proprietatis vel obedientie; & sic unum ex substantialibus Monachatus, ut c. Cum ad Monasterium infra de stat. Monach. postmodum voto tali emissio suscipiat habitum probationis;

hoc casu votum in susceptione habitus solemnizatur, ut probatur secundum eos in c. *Meminimus* & in c. *ult. infra qui Cler. vel vocent* & arg. c. *ex parte il primo de conversi. confis.* ergo multo fortius per susceptionem talis habitus solemnizatur propositum absolute vitam mutandi, in quo tria substantiaalia regule includuntur. Unde secundum Innoc. & alios multo magis in susceptione habitus solemnizatur votum quo quis renunciat saeculo. Est & ratio quare predictis modis solemnizatur votum, nempe quia ex quo predicta quis vovit, cogendus est ea servare etiam habitum non suscipit, igitur votum est ut dicamus quod si per se facit hoc quod sine habitu servare tenetur, suscipiendo postea habitum presumptione juris & de jure presumatur hoc velle ad se roborare, ut de cetero non permittatur deserere habitum sic susceptum, nam qui duplicat, firmat lex unica ad finem, *cod. de plus petition. Et est opt. arg. in lege Si mulier la secunda, §. Sin autem cod. ad Velleian.* quam rationem differis verbis assignant hic Innoc. n. 2. Host. n. 7. vers. Ratio autem, Joan. Andr. numero 5. vers. Est autem ratio, Card. in quibus questione, numero 4. Burr. & Anchar. ambo n. 7.

Ex his arbitror hanc tertiam opinionem fulciri optimis fundamentis & ad jura praeallegata non adequatè à Theologia responderi & immerito carpi Canonibus nostris quasi vim voti non intelligant.

Nunc cum in c. *Non solum infra eodem lib. 6.* dicatur non praesumi quem voluisse vitam mutare, nisi clara probatione & competentibus iudiciis ostendatur, Reliquum est ut videamus quae sint hujusmodi iudicia. Et quidem à Doctoribus enumerantur infra scripta: duo ponit glossa in c. *Statuimus* in verbo *Nisi evidenter appareat infra eodem.* Primum si in sua receptione renunciavit saeculo expressè. Secundum, si receperit vellet quae profitentibus tantum dantur. Tertium ponitur hic ab Innoc. in *prim.* in verbo *Proposuerit* & Host. n. 3. videlicet per confessionem suam quam modo facit. Quod tamen imitat Host. nisi talis confessio esset Matrimonio carnali prejudicialis, ut c. *Super eo infra de eo qui cogn. confang. uxoris suae*, de quo dic ut legitur & notatur in c. *penult. infra de raptor.* Quartum itidem ponitur ab Innoc. & Host. *ubi supra*, id est si in ingressu proteitatus fuit coram testibus quod intendebat vitam mutare. Quintum & sextum ponitur in d. c. *non solum* in glossa in verbo *Indicium*, nimirum si beneficio renunciavit, vel de bonis propriis verbo & re disposuit, & in idem recidit quod Host. n. 11. & alii dicunt si omnia bona sua divisit. Septimum est, quod ponit ibidem Host. Si testamentum fecit. Sed hoc non placet, quia cum testamentum sit revocabile, hinc non elicitur evidens probatio quod voluerit in religione perpetuo deservire, ut requiritur textus in d. c. *Statuimus.* Ob quam rationem Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum declaravit ejusdem Concilii Decretum, c. 16. *sess. 25. de regul.* quo invalidantur renunciationes non factae infra duos menses ante professionem & de licentia Ordinarii non comprehendere testamenta & alias ultimas voluntates, quia nimirum ex his non admittitur novitio libertas redeundi ad saeculum infra annum probationis. Unde non sine misterio glossa praeallegata in d. c. *non solum* dicit verbo & re, quasi sentiens non sufficere, ut de rebus propriis disponat verbis & per vim ultimat voluntatis. Octavum est, si renunciavit anno probationis seu beneficio Decretalis ad Apostolicam supra eodem secundum Host. quod & Cajetanus admittit *loc. cit.* videlicet in 2. 2. q. 88. art. 1. *dub. penult.* ubi dicit hoc cap. recipere declarationem à c. *Statuimus*, infra eodem & intelligi de proposito mutandi vitam habente implicitam promissionem, quale est propositum hujus qui renunciat anno probationis, facit enim quantum in se est quod facturus esset probationis tempore completo. Nonum, si renunciavit propriis, aut castitatem vel obedientiam promisit secundum Innoc. & alios superius relatis in ultimo fundamento pro sententia Canonitarum n. 39. Decimum est, si in ingressu bona sua Monasterio donavit absque proteitatione: sed si protestatus fuit quod conditionaliter intrabat, ut regulam probaret; quia praesumitur mortis causa donasse, nisi aliud in donatione expresserit: ita Host. in c. *Statuimus* n. 4. vers. *Quid de his que legaverat infra eodem*, quem hic sequuntur Joannes Andreas n. 2. eodem vers. Card. in 2. n. in 4. q. Abb. n. 3. vers. *Sed quare hic Host.* & alii communicant, Sanctus Antonius in 3. parte, tit. 16. c. 2. §. 4. vers. *Quare enim.* His ergo iudiciis & signis; vel si quid aliud simile faciat vel dicat per quod entia ejus voluntas appareat, constare, dicitur evidenter eum voluisse absolute vitam mutare. Unde si postea qualemcumque habitum religionis suscipiat, jura praesumunt eum velle votum suum implere & solemnizare, tacite profitendo; & hoc est praesumptio juris & de jure, ut dicunt Doctores contra quam non esset audiendus qui suo juramento firmare vellet se in susceptione habitus non habuisse animum profitendi, ut c. *vidua in fine*; & hic dixi in *ultimis notab. n. 9. supra eodem*

& hoc in foro Ecclesiae, sed in foro animae & quoad Deum in tantum fertur obligatio voti, in quantum se extendit voluntas & intentio voventis, ut per Divum Thomam in 2. 2. q. ult. art. 4.

Sed dices, hodie inanis videtur hae disceptatio, quia cum ex Concilio Tridentino nulla sit professio facta ante annum probationis lapsam nullam inducat obligationem etiam ad religionem in genere, ut colligitur ex verbis c. 15. vers. *Professio autem antea facta, sess. 25. de Regular.* & ex sententia Sacrae Congregationis dixi in c. *Quid ingreditibus* n. 22. *supra de testam.* Idque etiam praecesserit votum; nam cum dubitatum fuerit, an is qui ex voto religionem ingreditur, possit in ea valide etiam ante annum probationis professionem emittere, salvo Decreto Tridentini Concilii, c. 15. *sess. 25. de Regul.* Sacra Congregatio respondit non posse. Frustra ergo quaeritur, an qui propositum absolute vitam mutare suscipit post habitum probationis, censetur tacitam professionem emittere obligans eum ad religionem in genere, cum haec tacita professio infra probationis annum & obligatio inde resistens fuerit prioris à Concilio sublata, ut plenius dixi in predicta Decretali *Quia ingreditibus*, *cod. n. 22.* & dicam infra n. 57. at respondetur hunc casum adhuc posse contingere non obstante Tridentini Concilii Decreto. Ecce novius expleto anno probationis dimisso habitu rediit ad saeculum; postea propositum absolute vitam mutare secundum aliquem ex bonis enumeratis supra n. 40. profectio si cum tali proposito ad religionem reversus, iterum suscipiat habitum probationis, illi censebitur professus tacite & obligatus religioni in genere; & neque enim hoc casu illi obstat Decretum Concilii; nec tenebitur per alium annum in probatione stare, sed statim profiteri poterit expressè vel tacite, nisi religionis sui personae conditio sit immutata secundum opinionem Bartol. Brix. in *sua quast. Venerabili* 68. quam sequitur glossa in c. *eum qui de regul. Jur. lib. 6.* & saepius probavit Sacra Congregatio Concilii. Rursus possit accedere hic casus in eo qui habitaturus esset à Papa ad emittendam professionem sine ulla probatione. Quare praesens disputatio non est inutilis.

Possit etiam avertari hunc casum contingere posse in novitio qui per annum gestavit habitum novitiorum distinctum ab habitu professorum; nam si postea proponat absolute vitam mutare & pergat in delatione habitus novitiorum: videri poterit votum suum solemnizare, arg. leg. *Si mulier la secunda, §. fin. autem cod. ad Velleian.* cum concurrant duo requisita ad hoc necessaria, videlicet propositum & habitus. Contrarium tamen credo verius, quia ad hoc ut votum solemnizetur, Jura & Doctores requirunt, ut praecedat propositum & recipiatur habitus. Ex hac enim Juris interpretatione censetur quis propositum suum velle roborare se pericere, adeo ut sibi non liceat amplius ad saeculum reverti, ut saepius repetitum est. Quae ratio cessat in eo qui primò suscepti habitum novitiorum & post annum propositum vitam mutare; nam cum hoc propositum sit votum simplex, solemnizari non potest nisi sequatur novus actus qui praecedenti voto adiciat robur & firmitatem, quale est nova susceptio habitus, ut hic patet; non autem continuatio habitus jam suscepti. Quod ergo non est Patrum Decreto sancitum sc. c. *Constitutio* 2. q. 3. c. *Inter corporalia de translat. Etyico.*

Secundo quaero, an professi in religione à Sede Apostolica non approbata quam putabant approbasam, sint obligati ad religionem in genere.

Hae quaestio est admodum dubia & complexa ob varias Canonitarum opiniones; tam glossa in c. 20. in verbo *approbas de voto lib. 6.* ubi definitur votum solemnizari per professionem factam alicui de religionibus approbatis. Ergo inquit, si profiteretur religionem non approbatam, si postea contrahit, tenet Matrimonium, quod verum puto etiam si quando profitebatur credebatur haec approbatam. Ita glossa quae videtur sentire ex professione emissa in religione non approbata, non oriri obligationem ad religionem in genere, si sequamur opinionem Franchi in c. *Constitutionem* n. 4. vers. *Secundò adverte infra eodem lib. 6.* existimatis per obligationem ad religionem in genere dirimi Matrimonium postea contractum, quae fuit opinio Innocentii & Canonitarum ferè omnium, ut dixi supra n. 25. glossam sequuntur hic Archid. prope finem in verbo *approbat*, Joan. Andr. Anchar. Gemin. & Franch. qui omnes reddunt rationem, quia in his Spiritualibus veritas praefertur opinioni, §. *His ita* 35. q. 9. ubi glossa fin.

Ceterum Joannes Andreas ibidem numero 3. allegat à 47 contrarium Jura quae probant impedimentum oriri etiam ex actu nullo, capite unico de bigamis, libro sexto & capite *Auditis de elect.* maxime propter intentionem recipientis, c. *Quidam de conversi. confis.* & propter communem opinionem, §. *Tria*, 3. *quast.* 7. ac deinde subdit, ubi maritus qui invita uxore fecit professionem & ei postea fuit restitutus non cogitur ex mortuo redire ad Matrimonium, quia haec in

tenet, quod etiam sentit Damascen. à Joan. Andr. allegatus. Et hanc opinionem Joan. Andr. quod professus in religione quam credebatur approbatam contrahendo Matrimonium peccet sed contractum tenet, sequuntur in *cod. c. unie. Petr. de Anchar. & Gemin.* Itaque secundum horum opinionem patet ex professione hujusmodi oriri esse aliquam obligationem, haec autem obligatio alia esse non potest, quam vel ad religionem in genere, quae secundum posteriorem sententiam non dirimit Matrimonium postea contractum, licet impediatur contrahendum, vel certe obligatio, quae proficitur ex simplici voto, secundum Praepol. in cap. *Rursus*, in fin. *Qui Cler. vel vocent*, ut inferius dicitur. Et quamvis, ut subdit ibi Praepolitus n. 20. gloss. in d. c. *un.* sentiant dictam professionem nec valere ut votum simplex; ideoque taliter professam posse contrahere & ibi hoc placet Archid. & Joan. Andr. verè tamen gloss. dicit tenere Matrimonium postea contractum; sed non dicit licere contrahere & secundum Archid. & Joan. Andr. sic professus contrahendo peccat, & ipsemet Praepolitus idem fatetur pauid inferius dicens esse peccatum mortale.

In simili quaestione de eo, qui profiteretur aliquam ex regulis approbatam, puta S. Guil. in manibus, ut alunt Trufatorum, seu Barratorum, Spec. in tit. de *stat. Monach.* n. 45. sic ait: (Pone, quidam fingentes se esse de ordine S. Guil. seduxerunt quemdam juvenem credentem illos esse de ordine illo & recepit habitum illius ordinis & promisit se illam regulam perpetuo servaturum illius religionis cõmpellendus à Joan. de Deo in suis quaestionibus dicit, quod si ille voluit absolute vitam mutare & in Ordine S. Guil. vivere, live ibi, live alibi, ubicumque talis ordo vigeret, sanè cogendus est, c. *Dilectissimi*, 11. q. 1. Si verò intendat de Deo obligare in illo loco tantum & cum illis, non tenetur alibi ut c. *Ex instructo de nov. operis nuntiat.* Eandem distinctionem de eo qui emittit professionem infra annum probationis in Ordine Mendicantium, qui ex c. *Non solum*, infra *cod. lib. 6.* erant obligati ad religionem in genere, sequitur Lap. Abb. in c. *Constitutionem*, *cod. tit. & lib. n. 7.* his verbis, (Potest dici quod si tempore emissi voti vel factae professionis expressit vovens vel profectus de certis loco & ordine, stabitur expressio si probetur, ita quod si ibi esse non poterit non erit nec in specie nec in genere Ordini obligatus & contrahere Matrimonium poterit & contractum tenebit; si autem aliud non expressit, vel si expressit non probatur, stabitur dicto suo in foro animae non autem in foro contentioso, nisi forte hae juraret delato juramento & aliter probari non possit; unde tunc nec contrahere poterit & si contraxerit non tenebit.) Lap. sequitur simpliciter ibi Anch. & dicit mente tenendum *sub num. 1. vers. Quarto nota.*

Verum hanc distinctionem quoad primum membrum videlicet quod si professus intendebat se generaliter obligare, remaneat obligatus religioni in genere, ita ut Matrimonium contrahere non possit reprobat Joan. de Imol. quia cum non adit recipientis qui habeat mandatum incorporandi, non potest esse professus & sequitur Praepolitus in d. c. *Rursus* n. 21. qui tamen dicit istum alitri quo simpliciter & posse compelli ad ingrediendum, nec posse contrahere Matrimonium sine mortali peccato.

Quo verò ad secundum membrum quod professus in certo loco & ordine, sibi esse non possit, non remaneat obligatus religioni in genere late eadem distinctionem reprobat Fran. in d. c. *Constitutionem*, *num. 4.* ubi pluribus ostendit non esse faciendam differentiationem, an quando quis profiteretur expressè, intendat se obligare illi religioni in specie vel in genere, sed indistinctè remanere eum obligatum religioni in genere si illi in specie non poterit obligari & inducit textum in d. c. *Non solum* ubi quis emittit professionem infra annum in Ordine Praedicatorum vel Minorum & sic intendebat se obligare illi Ordini in specie ponderando verba illa *Ad Professionem vestri Ordinis*, & tamen quis professus illa nulla fuit, remanet obligatus religioni in genere secundum gl. & Arc. ibi & ita dicit de hoc esse casum ibi Praepol. in d. c. *Rursus sub n. 10. Ous Cler. vel. vov.* (Si autem, inquit, non valet professio respectu illius religionis certe, quam intendebat profiteri; tamen professio in genere sustinetur, qui remanet obligatus ad intrandum unam ex religionibus approbatis, puta in eo, qui ordinem Minorum ingreditur & annum probationis proficitur illam regulam cum solemnè professione; professio illa non valet quoad hoc ut iste sit obligatus Ordini Minorum, sed bene valet quoad hoc ut cogatur aliam religionem ex approbato ingredi, *cap. Non solum cod. tit. lib. 6.* ubi est casus.) Hec ille.

Ratio est, quia in materia voti locus est illi regulæ, si non valet quod ago ut ago, valet faltem ut valet potest ut probat text. in c. *Quidam de conversi. confis.* ubi maritus qui invita uxore fecit professionem & ei postea fuit restitutus non cogitur ex mortuo redire ad Matrimonium, quia haec in

parte votum non tenet cum non esset in ejus potestate debitum non reddere, sed tamen non debet Matrimonium contra trahere, quia per dictum votum promittit etiam debitum non exigere, quod erat in ejus potestate; & quoad hoc votum tenuit, atque ita ex illo textu hanc regulam deducit Abbas n. 3. vers. *Item nota.* Ergo simili modo qui profertur in religione approbata, licet quoad illam religionem votum non tenet, quia non est in ejus potestate, tenet tamen quoad obligationem ad religionem in genere, quod ab ejus potestate dependet.

Qua etiam ratione qui fingit se familiam & profertur in Monasterio Monialium obtricius remanet relig. in genere, *Quod interrogasti*, 27. *dist.* per quem text. ita concludit Bart. Brix. in *juva q. Dominical* 81. incipiens *Juvenis* quem sequitur Abb. in c. *Tuarum* n. 7. de *privileg.*

Et tenendo hanc opinionem quae de jure verior videtur, non obstat dictum Joan. de Imol. de quo supra n. 51. quod non possit quis obligari religioni in genere ob defectum recipientis, nam responderetur quidquid contra sententiam Abb. & Silvest. supra citati n. 19. id non esse necessarium in religione in genere, ut docet Inno. in c. *Potestatem* *num. 6. vers. Et idem supra cod. & Franc. post Laspum & Gemin. in d. c. Constitutionem.* Et est communis opinio, teste Praepolito in d. c. *Rursus* n. 10. vers. *Item nota.* *votum istud dicitur proximo modis.* Ratio est, quam reddidit Gemin. in d. *cap. Non solum in fin.* quia cum inducitur obligatio ad religionem in specie, Monasterium obligatur profectus ad alimenta & ideo oportet talem obligationem contrahi per habentem potestatem, secus autem in obligatione ad religionem in genere quae cum nullam continet obligationem respectu certum Monasterii, satis est ut illa sic inducta recipiatur per habentem potestatem quando professus ingreditur religionem in specie. Et similia exempla quod professio emissa sine auctoritate recipientis obligat ad religionem in genere habentur ex Specul. de *stat. Monach.* n. 24. q. 19. vers. *Sed prius*, Praepol. in d. *cap. Rursus* n. 20. vers. *Aus Monachus nullum habet & Abbas in d. c. Potestatem*, n. 10. vers. *Fatetur tamen.* Alioquin sequeretur, ut ad inducendum hujusmodi obligationem ad religionem in genere necessarius esset consensus religionum totius orbis quod non tam esset absurdum, quam impossibile.

Rursus non obstat quod actus agentium non debeant operari ultra eorum intentionem, siquidem non est praeter intentionem profectus ut voluerit vitam mutare, ac Deo per professionem obligari, & quia hoc pericere non potest in ea religione quae à Sede Apostolica non est approbata, consentaneum est ut in aliqua alia id perficiat & reddat Domino vota sua; cum in hac materia spirituali si non valet quod ago ut ago, valet ut valet potest, ut dictum est supra n. 53. Alioquin si diceremus consensum praestitum in aliqua religione non esse attendendum ad alias religiones de quibus professus non cogitavit sequeretur ut nunquam daretur casus, quo quis obligaretur ad religionem in genere; nam qui profiteretur verbi gratia in religione S. Francisci, utique non intendit se obligare religioni S. Dominici, & tamen jura eligunt obligationem ad religionem in genere, ubi professio est aliquo capite est nulla & obligat professum ad ingrediendum aliquam ex religionibus approbatis, quod clarè etiam patet exemplo viri, qui simulans se faminam, professus est in Monasterio Monialium; in enim propter votum solemne cogitur ingredi aliam religionem, de qua tamen non cogitavit ut per Burr. Abb. & Gemin. superius relatus.

Supereit ut videamus an obligatio hujusmodi sublata fuerit à Concilio Tridentino.

Ratio dubitandi oritur ex Decreto *cap. 15. sess. 25. de Regul.* ibi. (Nullaque inducat obligationem ad alcuius Regulæ vel religionis vel ordinis observationem aut ad alios quocumque effectus) quibus verbis sublata esse obligatio inveniunt in genere & coram esse jura antiqua in c. *Non solum & c. Constitutionem de Regular. lib. 6.* jam pridem censuit S. Congregatio ejusdem Concilii interpreti sicut & superius dictum est n. 42.

Pro parte negativa facit, quia Decretum Concilii & declaratio desuper emanata videntur habere locum duntaxat in illis duobus casibus in quibus loquuntur, videlicet cum professio est nulla ob defectum status vel ob defectum anni probationis; cum enim Concilium corrigat jus commune in praallegatis iuribus, non videtur extendendum ad professionem irritam ex alio capite, videlicet ex eo quod emissa fuerit in religione non approbata; expedit namque jura iuribus concordare, *cap. Cum expediat, de elect. lib. 6.* & quod non mutatur, stare non prohibetur, l. *Sanctus, Cod. de testam. & l. Praecipuus in fin. Cod. de approbation.* Igitur regulæ & antiquo juri stabimus nisi in quantum reperimus recessum, ut in hac materia anni probationis dixi gloss. in d. *cap. Constitutionem in ver. Prorogamus, infra cod. lib. 6.* Ob quam rationem similiter resolutum fuit decretum d. *cap. 15.* nihil disposuisse de voto cum illic de voto nulla fiat

mentio. Et quamvis jura preallegata in c. Non solum, & c. Constitutionem, sint correcta a Concilio in casu professionis emissa infra annum; non tam sunt correcta in sui generalitate, quam ex professione nulliter facta in certo ordine facta sit obligatio ad religionem in genere. Neque etiam illa jura fundant in illa specie nullitatis, sed in nullitate simpliciter & absolute, ideoque Doctores quoad obligationem in genere interpretantur illos Canones habere locum, sive professio nulla sit ex defectu novitatis, sive ex quovis alio capite, praterquam ob defectum consensus, ut patet ex Specular. & aliis supra citatis n. 49. Unde si fiat in religione non approbata, videtur ex ea oriri obligatio ad religionem in genere, quemadmodum ante Concilium oriebatur in terminis d. c. Non solum & d. c. Constitutionem.

In contrarium facit, quia dum Concilium in d. cap. 15. ad validitatem professionis requirit ut novitius post susceptum habitum stet per annum in probatione, hoc videtur

intelligendum de susceptione habitus & de anno probationis in religione per Sedem Apostolicam approbata, cum dispositio Concilii intelligi debeat de actu valido, ut in his verbis terminis declarat Lapsus allegat. 46. incipit. Factum ita se habet, n. 5. vers. In contrarium, ubi resolvit quod dicitur in d. c. Non solum, ut professio infra annum emissa in Ordine Mendicantium obliget religioni in genere, debere intelligi de professione alius legitime facta, susceptio autem habitus probationis in ordine per Sedem Apostolicam non approbato est ipso jure nulla ut c. unic. de relig. dom. lib. 6. Unde hoc casu novitius non potest dici stetit per annum in probatione post susceptum habitum, prout requirit Concilium ad hoc ut professio sit valida, ideoque cum professio hujusmodi sit irrita etiam ex defectu receptionis ad habitum, & probationis, scilicet valida, consequens est ut ex Concilio Tridentino nullam pariat obligationem etiam ad religionem in genere. Quod satis placet.



DE REGULARIBUS

Honorius III. Veneten. Episcopo.

CAPUT XXII.

EX parte tua fuit propositum, quod nonnulli sunt, qui licet pluribus annis gestaverint habitum Monachalem, professionem tamen Monasticam non fecerunt, unde cum super eo quod habent proprium, & aliam irregulariter vivunt, a te, vel ab aliis arguuntur, non erubescunt dicere, se ad caritatem proprii & continentiam, ac aliam regulares observantias non teneri, cum habitum non faciat Monachum, sed professio regularis, & infra. Ideoque fraternitati tue mandamus, quatenus quoslibet tibi lege Diocesana subjectos, qui predicto modo terram duabus viis ingredi non verentur, ut postquam per annum gestaverint habitum Monachalem, regulam secundum formam ordinis profiteantur & servent, Ecclesiastica censura compellas.

SUMMARIUM.

- 1 **P**rofessio tacite censetur presumptione juris & de jure qui ultra annum portat habitum Monachalem in Monasterio, ubi sunt habitus indistincti & n. 5.
- 2 **H**abitum novitiorum distinctum ab habitu professorum quantumque tempore quis gesserit, nunquam censetur tacite professus.
- 3 **H**abitus regularis quadruplex.
- 4 **P**rofessio tacite an censetur qui ante annum decimum quartum, professionem expressam emisit in religione Hierosolimitana & postea in eo stetit per plures annos ignorans de jure professionem fuisse nullam & n. seq. usque in fin.
- 5 **P**rofessio emissa ante decimum sextum annum censetur tacite ratificata ex perseverantia annuali cum habitus delatione post aetatem legitimam.
- 6 **N**on obstant ignorantia nullitatis professionis sive ignorantia facti & juris in quibus differant.
- 7 **I**gnorantia facti & juris in quibus differant.
- 8 **I**gnorantia juris nullitatis professionis expressa an prosit militibus, mulieribus & minoribus quominus censetur tacite professi ex perseverantia annuali in religione.
- 9 **M**ilitem arma magis, quam leges scire decet.
- 10 **I**gnorantia juris prodest militibus, minoribus, rusticis, ac mulieribus quando agitur de excusando eos a pena vel de damno vitando, aliis secus.
- 11 **M**inor seu mulier ad religionem seducti non restituuntur quia non dicuntur lapsi.
- 12 **I**gnorantia juris exceptio ad excludendum consensum in Matrimonio, professione & sacris Ordinibus non admittitur.
- 13 **V**eritas in spiritualibus praeferat opinioni.
- 14 **I**gnorantia facti ex quo oritur nullitas professionis expressa non impedit, quominus inducatur tacita professio ex perseverantia annuali cum delatione habitus indistincti.
- 15 **R**eclamatio qualis requiritur ad impediendam tacitam professionem.
- 16 **P**rofessio nulliter quo tempore debeat reclamare ad hoc ut non censetur tacite profiteri.
- 17 **P**rotestatio formalis requiritur ad impediendam tacitam professionem, qua oritur ex delatione annuali habitus indistincti.
- 18 **P**rotestatio non valet in his qui pendunt consecutus a dispositione juris.
- 19 **P**ropositum relinquendi religionem ex quibus verbis elicitur. Professionem tacitam non impediunt verba ex passione animi prolata, ibid.
- 20 **P**rotestationis actus eliditur per subsequentes actus contrarios.
- 21 **P**rotestatio procedens ita demum impedit validitatem Matrimonii subsequentis si fiat immediate ante Matrimonium; secus si ex intervallo.
- 22 **E**t quid in professione.
- 23 **P**rotestatio an impediatur validitatem Matrimonii tam carnali, quam spirituali, si pars protestationis non consentiat & n. seq. usque in fin.
- 24 **S**ecus in his qui pendunt a potestate protestantis, valet & actum vitiat, ibid.
- 25 **P**rotestatio in Matrimonio tam carnali, quam spirituali an requirat consensum expressum alterius partis & n. seq.
- 26 **P**rofessio est contractus utroque utraque obligatorius.

Et

EX parte. Qui ultra annum portat habitum Monachalem in Monasterio ubi sunt habitus indistincti, tacite dicitur esse professus, & compellitur expresse profiteri, hoc dicit Communis diviso. Secunda hic, Ideoque.

Nota ex hac Decretali, per delationem ultra annum in Monasterio, h. bitus indistincti, id est tam a Novitiis, quam a Professis promiscue gestari soliti, induci tacitam professionem, & quidem presumptione juris & de jure, quae non admittit probationem in contrarium, nisi ante expletum annum probationis praecesserit protestatio, glof. hic in ver. Per annum, Host. n. 9. Joan. Andr. n. 3. Cardin. n. 4. Butr. n. 7. & alii communiter, & probatur in Clem. Eos, de Regular. & in c. 1. ubi hoc tenet Joan. Monach. in ver. Praesumitur, Prob. in addit. Gemini, & Anchar. infra eod. lib. 6.

Dixi per delationem habitus indistincti, quia si habitus novitiorum esset distinctus ab habitu professorum, quantumcumque tempore habitum novitiorum quis gesserit, nunquam censetur tacite professus, nec cogere illum regulam expressae profiteri, ut docent hic Innoc. in prin. Joan. Andr. n. 3. Cardin. n. 3. in 2. opposit. & Abbas Antiqu. in c. Consulti, 5. eod. ubi dicit se vidisse litteram absolutivam datam super hoc cuidam Monacho, qui fere per viginti annos steterat in habitu probationis, cujus dictum referunt hic Joan. Andr. ad fin. Card. n. 4. & Abbas Siculus n. 3. & glof. 2. in fin. in d. Clem. Eos, eod. tit. hoc casu nec oritur obligatio ad religionem in genere secundum Innoc. & Joan. Andr. De triplici autem habitu regularium videlicet distincto, indistincto & indistinctissimo, & quando ex ejus gestatione ultra annum quis dicitur tacite professus, vide hic per Abb. eod. n. 3. ubi dicitur omnes casus complectitur, & in d. Clem. Eos de Regular. ubi materiam explicat per conclusiones.

Quero, Post Concilii Tridentini promulgationem Decius habitum, per Equites S. Joan. Hierosolimitani, qui apud eandem indistinctus existit, suscepti, & antequam ad aetatis suae annum decimum quartum pervenissent, expressam professionem per eandem emitti solitam emisit. Et quamvis satis citò illum penitus emissa professionis; tamen putans tanquam jus ignorans se obligatum in eadem per multos annos perleverat habitum praedictum continue gestando, & actibus professorum se immiscendo. Certum tamen est dum annum suae aetatis decimum sextum ageret, sepe aliis religiosis dixisse haec, vel similia verba: *Se io non havehij fatto professione in questa religione, mai non lasarei per vita mia.* Tandem mensibus praeteritis intelligens a quodam jurisperito suam professionem non valere, coepit intendere declaratoriam nullitatis ejusdem. Suppositis igitur praedictis, ac professionem emissam etiam in dicto Ordine S. Joan. Hierosolimitani ante decimum sextum aetatis annum completum esse nullam ad quemcumque effectum ex Tridentini Concilii decreto in c. 15. sess. 25. de Regular. An Decius sit censendus tacite professus nec ne?

Citra controversiam est professionem expressam hoc casu fuisse irritam tam ex dispositione juris communis, quia emissa ante annum decimum quartum consummatum, c. Ad usum, ubi glof. in ver. Consummatum, & c. Significatum, supra eod. quam ex Concilio Tridentino, quia ante annum 16. expletum, ut in d. c. 15. sess. 25. de regular. Certum est limitate prof. professionem expressam emittam ante legitimam aetatem contenti tacite ratificam si professus de jure communi post annum 14. & ex Concilio post annum 16. per annum integrum detulerit habitum indistinctum; text. est ad litteram in c. 1. in prin. de regular. lib. 6. quam tacitam professionem ex se tenent S. Congregationis Concilium non sustulit. Et haec est praesumptio juris & de jure, quae non admittit probationem in contrarium, ut notat hic Joan. Monach. n. 3. quem in hoc communiter DD. sequuntur, & glof. hic in ver. Per annum, quae similiter a Doctoribus approbatur, ut dixi supra num. 1.

Quae cum ita sint, in hac facti specie de duobus dubitari potest. Primum est, An dispositio dicti c. 1. vendicat sibi locum hoc casu, in quo Decius, ut proponitur, ignoravit suam professionem expressam de jure fuisse nullam. Secundum est, An idem ille text. habeat locum non obstantibus verbis a Decio prolatis prout in themate. Quoad primum in c. Significatum supra eod. plenè examinavi articulum, an qui ignorat se emisse professionem expressam ante aetatem legitimam, & credens suam professionem esse validam, postea perleverat per annum integrum in Religione deserendo habitum indistinctum, censetur tacite professus necne, se pluribus ostendi etiam ex sententia Sac. Congreg. Concilii. censeri tacite professum. Ergo longè magis idem videtur respondendum in casu praesentis. Quandoquidem jura, & fundamenta omnia, quibus constat tacitam professionem induci, non obstante ignorantia facti, unde oritur nullitas professionis expressae, fortius concludunt in ignorantia juris, nam inter has duas ignorantias species regulae continentur oppositae, hoc est ignorantia facti praesumitur, nisi probetur scientia, l. Verius, ff. de probat. l. Si fidijussores, & hic Bart. Fagnan. in III. Lib. Decretal.

ff. ad Vellejan. l. fin. ff. Pro socio, c. Proposuit, 82. dist. 1. in fin. c. Si verò, si secundo de sent. excom. & c. Praesumitur ignorantia de regul. jur. lib. 6. quem textum loqui de hac specie ignorantiae communiter hic affirmant DD. Rostius facti ignorantia excusat c. Ignorantia facti, de regul. jur. in 6. l. Esti consensu, §. 1. ff. de contrahend. empt. l. 1. ut ferè per totum §. ff. de jur. & facti ignor. Saepè enim de peritissimos fallit, l. 2. ff. eod. Specul. in tit. de Advocato, §. Nunc tractemus, n. 2. At per contrarium juris ignorantia non praesumitur, nisi probetur, Bart. in l. Non fatetur, col. ult. ff. de confess. late Anton. Gabrieli. lib. 6. tit. de regul. jur. c. claus. 7. Ignorantia non praesumitur. Item juris ignorantia non excusat, l. q. 1. §. ult. ante fin. cap. Praesumitur, 28. dist. cap. Ignorantia de reg. jur. in 6. d. l. 1. & l. Juris ignorantia, cum seqq. ff. eodem. Ignorare enim jus nemini licet, l. Leges, C. de legit. Specul. in tit. de except. & reple. §. 2. vers. Sed quid si velit, ideoque ignorantia dicitur causa injusta, in l. Litterarum, ff. de in qui notant. in sum. Quamobrem si ignorantiam facti, ex quo oritur nullitas professionis expressae, non procedit ad exclusionem tacite professionis, ut latissime probatum est in d. cap. Significatum, supra eodem. Ergo multo minus procedere debet ignorantia juris. Et idcirco Auctores, qui censent ignorantem factum, ex quo resultat invaliditas professionis expressae nunquam censeri tacite professum, quia perseverat in religione tanquam professus, non tanquam professurus, & ex praecedenti contenta etronico, inter quos Navarr. in pluribus ejus Consiliis in tit. de regul. relatis in d. c. Significatum, tamen contrarium censeri solent in eo, qui allegat juris ignorantiam, ut per eumdem Navarr. conf. 20. n. 2. & conf. 45. n. 3. & Sanch. de Matrim. lib. 7. de imped. disp. 37. q. 3. n. 25. Atque ita Auctores, qui in contrarium adduci possunt, quia loquuntur cum expressae professus perseverat in religione, ignorans se professionem fecisse ante aetatem legitimam, & sic in terminis ignorantiae facti non sunt extendendi ad casum quando quis scit quidem se emisse professionem ante aetatem, sed tamen ignorat jus disponere eo casu professionem esse nullam, quae est juris ignorantia. Nam ut dicitur in l. 2. ff. de jur. & facti ignor. in omni parte error in jure non eodem loco, quo facti ignorantia haberi debet. Sed objicies, hoc casu non esse constituendam differentiam inter juris & facti ignorantiam, quia verisimur in equitate materiae militum, in quo admitti potest ignorantia juris, l. Regula, ff. de jur. & facti ignor. Nam militem arma magis quam leges scire decet, l. 1. post prin. C. de jur. deliber. ideoque Sanch. de Matrim. lib. 7. de imped. disp. 37. q. 3. n. 25. quamvis dixerit tacitam professionem non impediri ex eo quod quis ignoret suam professionem expressam de jure fuisse nullam, tamen postea limitat hoc non procedere in militibus, minoribus, rusticis & mulieribus, in quibus ignorantia juris dicitur probabili, & equiparatur ignorantiae facti. Praesertim verò quia hoc casu miles videtur agere de damno vitando, ne perpetuo aligeret Monachali servituti, quae, ut habetur in c. Praesens, 7. quasi, l. nisi deligatur, non bonos succellus habet; ut dicitur in cap. 1. 54. dist. corporali servitute distinctior est. Unde quamvis non agatur de delicto, sed de contractu, qualis est professio, cap. Porrectum, & cap. Ad Apostolicam, supra eod. admitti debet juris ignorantia, c. Turator, §. Notandum, l. q. 4. Et eo magis, quia Decio nulla culpa imputari potest, quod super validitate suae professionis peritos non consuluerit; cum tradendo se in manibus Superiorum dictae religionis sponponere posset omnia necessaria observata fuisse, arg. cap. Quod culpatur 23. quasi, 1. & patet ex traditis per Anton. de Butr. conf. 18. in q. in fin. vers. Aut enim erravit.

At respondetur jura quae dicunt militibus, minoribus, & aliis hujusmodi prodesse juris ignorantiam, juxta l. 1. Cod. de jur. & facti ignor. cum aliis supra alleg. admittere duas declarationes. Una est ut procedant solum quando agitur de excusando illos a poena, l. Quis adulterium cum incestu, §. 1. ff. de Adult. & l. Qui iura, C. de incest. nupt. glof. in c. Esti necesse, de donat. inter virum, & uxorem. Roman. conf. 506. in prin. n. 2. Altera est ut procedant quando agitur de damno vitando, alias locus Feder. de Sen. conf. 102. n. 3. vers. Quam quaritur, Bald. conf. 163. n. 4. lib. 1. At neutra ex his declarationibus applicatur casui nostro, in quo agitur de excusando militem a poena, nec ipse tractat de damno vitando, cum ex professione nullum ei a munus inferatur, imò maximum bonum ut inquit Petr. Ledesma de Matrim. q. 53. art. 1. in responsione ad secundum. Et quamvis servitus monachalis dicatur distinctior corporali servitute; tamen Religiosus servit ei, cui servire regnare est, ut Gemuit in c. 1. n. 7. vers. Quare an ingrediens, de regul. lib. 6. post Joan. Andr. quem citat in c. Cum virum, ubi etiam Abb. n. 6. supra eod. ita ut propterea minor, seu mulier ad religionem seducti non restituantur, quia non dicuntur lapsi, text. in c. Constituit, 20. q. 3. atque illic not. glof. & DD. & in c. Cum dilectis, quod met. caus. Specul. in tit. de resit. in integ. in 2. part. §. Qualiter, n. 6. vers. Sed nonquis

D 3

videtur intelligendus de solemnitate reclamatione, de qua DD. committer loquuntur, hoc est de formalitate protestatione. Ita enim censet gloss. in c. *Quod interrogasti*, in verb. *Finxit*, 27. dist. & gloss. hic in ver. *Per annum*, quam sequitur Jo. Andr. & alii communiter. Item gloss. in Clem. *Los*, hoc tit. & Holtien. *supra in c. 2. & c. Ad Apostolicam*, Franc. alios referens in d. c. 1. *post n. 3. in gloss. Videtur*, Prob. *ibidem* n. 7. Ripa in c. *Cum M. n. 94. de Confit. & satis probatur in c. Cum virum*, hic; Cum eum non confiter evidentem contradixisset, & in cap. *Conjuncti*, hic: Propositum suum in principio protestetur, *supra eodem*. Quod ad id verum est, ut non delin. graves Auctores qui sentiant nec solemnem quidem protestationem tanquam contrariam factam sufficere ad impediendam tacitam protestationem a jure indolam; cuius sententia sunt Laud. & alii relati a Gemin. in d. c. 1. Nam protestatio non valet in his qui pendunt consecutivam dispositionem juris, ut post Abb. pluribus probat Dec. in d. cap. *Cum M. n. 67. de Confit. & vide quod scripsi post Innoc. in c. 1. n. 14. supra Quod met. causi*. Praesertim verò quia verba Decii superius relata nedom formalem protestationem non important, sed ne simplicem quidem reclamationem. Considerandum est enim in religionibus sapè contingere, ut religiosi maxime indifferenter ponentes, aut praecipit lacessit, aut tadio strichosis vitæ affecti, aut ob aliam ejusmodi causam in familia verba prorumpunt, que potius indicant quamdam velleitatem, seu momentaneam animi indignationem, seu displicentiam, quam firmum propositum relinquendum religionem & ad seculum redeundi arg. e. *Valgaris*, §. *Co-gitatio de pen. dist. 1. c. Si quis iratus*, n. 2. q. 3. cum aliis adductis per Jas. in l. *Si Filium tuum* n. 5. G. de *inoff. testam.* Nam, ut inquit Cardin. Cajetan. tom. 1. *opusc. tra. 4. q. 1.* velleitas non est idem actus cum voluntate deliberata, & similiter displicentia proportionali voluntati deliberatae. Quibus accedit quod etiam ab expressa protestatione, ac formalis animi declaratione intelligitur recessum per posteriorem perseverantiam in Religione, & actus subseqentes, quibus rathabitio inducitur, ut est text. in cap. *Cum virum*, *supra eodem*, hic, Praesertim si rathabitioe secuta (etiam eam quandoque contradixisse consistit) quod ante peltum fuerat, roboratur: intelligendum textum etiam de tacita rathabitioe juxta gloss. in c. *Significat*, in ver. *Rotam*, *supra eodem* & in Matrimonio carnali probat text. clarus in c. *Ad id quod de sponsal.*

Et generaliter protestationem ita demum prodesse si fiat immediate ante actum contrarium, secus si ex intervallo in Matrimonio carnali Post Vincent. conclusit Prapof. in cap. *Quod interrogasti* n. 11. & seq. 27. dist. licet secundum Vincent. quem hic recitat Joan. Andr. n. 3. Si quis intra annum probationis protestetur se nolle in Religione remanere, quamvis aliquo tempore post annum remaneat, adhuc potest exire, c. *Pastoralis*, de *offic. ordinari.* & si voluerit remanere, adhuc habeat annum, nisi cedat in hoc juri suo. De quo Joan. Andr. remittit ad Speculat. de *stat. Monach.* in *ultima quest.*

Ac demum quamvis protestatio facta super dependentibus à potestate protestantis valeat, & ad eum vitiet, l. *Per jectum*, §. 1. ff. de *usu*, & hab. Bart. in l. *Quod aliena*, §. *Celsus de acquir. hered.* tamen secus est in iis que pendent à consensu alterius partis, cap. *Camano*, & in cap. *Benefic. de elect. l. fin. §. Item si praxiderit*, ff. *de acquir. stat. Bart.* per illum textum. in l. *Pro herede*, §. *Porrianus* num. 6. *vers. ultimo*, ff. de *acquir. hered.* & in l. *Non solum*, §. *Morte*, col. 5. de *nov. oper. nunc.* ubi rationem adducit, quia sicut propositum in mente retentum nihil operatur, l. *Si repetendi*, C. de *cond. ob cau.* ita hæc protestatio facta, eo ignorante, cum quo postea contrahitur, nihil debet operari in illius præjudicium. Quam rationem reddidit etiam Archid. in cap. *Tua nos* num. 8. de *spons.* & sequitur Dec. in d. cap. *Cum M. nu. 63. de Confit. & propterea gloss. in d. cap. Tua nos*, in ver. *Mulier*, querit, si aliquis protestetur contra pluribus, quod omnia que dicit, vel faciet, non faciet animo contrahendi Matrimonium, & postea publice dicat, consensio in te, an sit Matrimonium, nec ne, & relolvit esse Matrimonium, & bene, secundum Joan. Andr. nam ex contrario daretur materia omnibus Matrimonium contrahentibus sic protestandi, ut potest divertere à conjugibus, si displicerent. Quod etiam docuit Innoc. in cap. *Veniens ille secundo de spons.* & sequitur in d. cap. *Tua nos*, Butr. num. 16. Anchar. nu. 8. Abb. nu. 9. Alex. de *Nervo* nu. 15. Prapof. nu. 2. in *fin.* Felin. in d. c. *Cum M. de Confit.* num. 78. ubi etiam Ripa nu. 86. Covarr. in 4. *Decret.* 2. part. num. 3. Quam opinionem absolute veram dicit Holt. in d. cap. *Tua nos*, quando protestatio fit sine iusto metu, vel alia causa, que protestationem corroboret. Sed si sequatur copula, affirmat indistincte intelligi recessum à protestatione etiam facta ex iusta causa, & sequitur ibi Anchar. nu. 8. subdens non obitare text. in l. *Qui in aliena* §. *Celsus*, ff. de *acquir. ha.*

set renunciare huic beneficio, & recipiens non potest renunciare, quia nec licet auctori quod non licet reo, vel e contra; ut notatur in cap. 2. §. *Nos vero in princip. de matr. pri.* nec debet arbitrium claudicare, cap. *fin. de arbit.* Sed contra rium dicit esse verum, quia sicut ex causa tempus probationis arctari potest, ita se prorogari; ut notatur in c. *Statutus*, infra eod. habem usque ad triennium, c. *Si quis incognitus*, 17. qu. 2. Et assignat rationem diverditatis inter Novitium, & Monasterium, quia potius in tali casu pendet obitatio ex parte ingredientis, quam recipientium, cum ex ipse ingrediens per se ad religionem servandam in genere possit se obligare etiam manens in propria domo, ut not. in d. c. *Per rectum*, supra eod. Et quia gravius periculum imminet ingredienti, quam recipienti, ut patet in eo quod not. supra in cap. *Ad nostram*, §. *Quocirca*, in *prin. in ver. Saluta.* Et idem ei magis est providendum, c. *Quisquam*, 43. dist. *in hon. l. 1. §. 3. ff. de Carbon. edict.* ibi Nam, vel magis consulendum est illis, quibus majus periculum intenditur. Et ita testatur se vidisse observari in Fratre Raymundo de Medullione Ordinis Prædicatorum, & in Petro Bernundo de Andusia, qui & de dicto Ordine post multos annos exivit, & deinde etiam uxorem duxit, Concludit ergo Holtien. protestationem Novitii quod per lapsum anni non intendat se obligare religioni, valere, etiam si Abbas, & Conventus protestationi expresse contradicant. Et cum eo transiret ibi Jo. Andr. & Anchar. uterque num. 6. & Card. nu. 8. licet Codex Holtienis sit mendosus, & mendose etiam à predictis referatur, legitur enim, Numquid valeat talis renunciatio? Et secundum hoc littera non habet sensum, & sibi contradicit. Unde legendum videtur, ut dixi supra, Numquid valeat talis protestatio?

Potero quidquid sit in Matrimonio carnali, & in aliis actibus, opinio Holtienis in professione forte prævaleret in practica propter illius auctoritatem, & rationes, arbitror tamen requiri formalem protestationem, ac præterea ut protestatio saltem innotescat religioni per supra dicta, quorum utrumque deficit in casu præsentis.

vid. ubi protestatio procedens actu sequenti contraria facit præcisè, ut subsequens actus non valet. Quia ille text. procedit in additione hereditatis, que pendet ex potestate protestantis duntaxat, ac secus esse si protestatio pendeat ex voluntate duorum, quia non valet nisi innotescat parti, ut ibi per eum. Imò non sufficit, ut pars sciat, & non contradicat, sed requiritur ut expresse consentiat protestationi, idque tam in Matrimonio, ne Sacramento tam sanctum illusione & levitate contrahentium tractetur, ut ait Covarr. *loc. cit.* Sed etiam in aliis actibus secundum Bart. Alex. & alios communiter ibi relatos à Covarr.

At professio non pendet ex voluntate solius protestantis, sed etiam religionis recipientis, cum sit contractus ultro, citroque obligatorius, c. *Per rectum*, & cap. *Ad Apostolicam*, & utrobique notat DD. *supra eodem*, Gemin. & Franch. in c. *ante. de voto lib. 6.* Et ita in terminis tacite professionis tradit Butr. in c. 1. nu. 16. in 4. *notab. supra*, *Quod met. causi* ubi ait: Protestatio contra susceptionem veli de animo non profertur non juvat protestationem, non subsistente iusto metu, & sic protestatio totalem detrahens sensum facti in actibus non pendensibus à facto tantum protestantis, non juvat protestationem, ubi protestationi non consentit iz, cum quo vinculum principaliter inicit. Ergo verba Decii, quatenus etiam importarent formalem protestationem, tamen cum non modo fuerint prolata, non consentientibus Superioribus religionis, sed nec ipsis presentibus, & non contradicentibus, imò seorsum ab his, nihil debent operari, & per subsequentes actus contrarios intelligitur ab illis recessum per supradicta: facit text. in c. *Solicitudinem*, de *apel.* & in l. *Cum in plures* §. *Locator*, & ibi Bart. ff. *Locati*, secundum Anchar. & alios citatos in d. c. *Tua nos*. Sed contra hoc valde viget quod determinat Holt. in c. *Ad Apostolicam*, nu. *supra eod.* ubi querit quid sit ex parte Monasterii tantum fiat renunciatio, puta quia Novitius protestatur quod non intendit se obligare religioni per lapsum temporis, sed Abbas, ac Monachi huic protestationi non consentiunt, quin potius renunciant huic juri, & similibus, non quum valeat talis protestatio? Et arguit primo quod non valeat, absurdum enim esset ut ingrediens pos-

set renunciare huic beneficio, & recipiens non potest renunciare, quia nec licet auctori quod non licet reo, vel e contra; ut notatur in cap. 2. §. *Nos vero in princip. de matr. pri.* nec debet arbitrium claudicare, cap. *fin. de arbit.* Sed contra rium dicit esse verum, quia sicut ex causa tempus probationis arctari potest, ita se prorogari; ut notatur in c. *Statutus*, infra eod. habem usque ad triennium, c. *Si quis incognitus*, 17. qu. 2. Et assignat rationem diverditatis inter Novitium, & Monasterium, quia potius in tali casu pendet obitatio ex parte ingredientis, quam recipientium, cum ex ipse ingrediens per se ad religionem servandam in genere possit se obligare etiam manens in propria domo, ut not. in d. c. *Per rectum*, supra eod. Et quia gravius periculum imminet ingredienti, quam recipienti, ut patet in eo quod not. supra in cap. *Ad nostram*, §. *Quocirca*, in *prin. in ver. Saluta.* Et idem ei magis est providendum, c. *Quisquam*, 43. dist. *in hon. l. 1. §. 3. ff. de Carbon. edict.* ibi Nam, vel magis consulendum est illis, quibus majus periculum intenditur. Et ita testatur se vidisse observari in Fratre Raymundo de Medullione Ordinis Prædicatorum, & in Petro Bernundo de Andusia, qui & de dicto Ordine post multos annos exivit, & deinde etiam uxorem duxit, Concludit ergo Holtien. protestationem Novitii quod per lapsum anni non intendat se obligare religioni, valere, etiam si Abbas, & Conventus protestationi expresse contradicant. Et cum eo transiret ibi Jo. Andr. & Anchar. uterque num. 6. & Card. nu. 8. licet Codex Holtienis sit mendosus, & mendose etiam à predictis referatur, legitur enim, Numquid valeat talis renunciatio? Et secundum hoc littera non habet sensum, & sibi contradicit. Unde legendum videtur, ut dixi supra, Numquid valeat talis protestatio?

Potero quidquid sit in Matrimonio carnali, & in aliis actibus, opinio Holtienis in professione forte prævaleret in practica propter illius auctoritatem, & rationes, arbitror tamen requiri formalem protestationem, ac præterea ut protestatio saltem innotescat religioni per supra dicta, quorum utrumque deficit in casu præsentis.

DE REGULARIBUS

Gregorius IX.

CAPUT XXIII.

Statuimus novitios in probatione positos, ante susceptum religionis habitum, qui dari profertibus consuevit, vel ante professionem emissam, ad priorem statum redire posse liberè infra annum, nisi evidenter appareat, quod tales absolute voluerint vitam mutare, & in religione perpetuo Domino deservire; Cum quilibet renunciare valeat ei, quod pro se noscitur introductum. Nihilominus stantentes, ad omnem ambiguitatem penitus amovendam, quod cum in quibusdam locis religiosiis, novitiorum habitus non distinguatur ab habitu professorum, professionis tempore benedicantur vestes, que profertibus conceduntur, ut novitiorum habitus à professorum habitu discernatur.

SUMMARIUM.

- 1 Novitius infra annum probationis liberè redit ad statum, nisi professionem fecerit, vel appareat eum vitam voluisse mutare.
- 2 Et quid post Concil. Trident. nu. 21. & 26.
- 3 Vestes professionis tempore debent benedici, ut à novitiorum habitu distinguantur.
- 4 Dicitio, liberè, quid importet.
- 5 Novitius recedens à Monasterio absque licentia Abbatis non potest dici fugitivus.
- 6 Novitius quibus casibus prohibetur de jure communi à Monasterio exire.
- 6 Novitii qui disantur.
- 7 Habitus religionis quatuorplex sit.
- 8 Habitus professorum habet votum professionis annexum, quod impedit matrimonium contrahendum, & dicitur post contractum.
- 9 Habitus probationis, vel professionis extra Monasterium sumptus non facit Monachum.
- 10 Habitus novitiorum aut patenter, aut latenter distinguitur ab habitu professorum, & numer. 12. vers. Quod autem.
- 11 Benedictio habitus probationis facit ut sit tenendus habitus professionis.